

cendi, et tamen nemo attendit, neque curat. *Proferre spiritum vel effundere*, est mentem deprimere; et *ostendere verba*, est doctrinam exponere et locum habere: *Si non venissem, et locutus eis fuissen, peccatum non haberet; nunc autem excusationem non habent*, Joan. 15, non adhibentes fidem, sed quod in illis fuit, irritant. fecerant illius doctrinam, et sapientiam spreverunt, iuxta id quod sequitur.

VERS. 25. — *DESPEXISTIS OMNE CONSILIUM MEUM, ET INCREPATIONES MEAS NEGLEXISTIS. Despexistis*, Hebr. *לִּפְתֹּחַ*, quod verbum Exod. 5 reddidit interpres noster, *solicitare ab operibus, otiosum reddere et inutilem*; q. d.: Per vos effectum est ut consilium meum sit irritum, neque ad effectum perveniat. Hanc justam Sapientiam querelam utinam in solos Judæos rejicere liceret, qui, quod Evangelica testatur historia, et Paulus, Act. ult., semper Spiritui sancto resisterunt, et non etiam in Christianos aliquot, qui post tot miracula, tot justorum et martyrum exempla, tot correptiones et castigaciones, nolunt sapientiam audire evangelicam. Aliquot omnino incorrigibiles esse significat, et nec promissionibus nec minis posse ad sapientiam pertrahi.

VERS. 26. — *EGO QUOCUMQUE IN INTERITU VESTRO RIDEBO, ET SUBSANNABO CUM VOBIS ID QUOD TIMEBAMUS ADVENERIT. Hebr. : Etiam ego in calamitate, sive fractura, vestra ridebo, subsannabo cum venerit terror vester.* Non quod Sapientia divina subsannet vel rideat aliquem, sed talis et finis malorum ut iudicio æquissimo videantur irridendi et subsannandi qui salutem propriam contempserunt. Vel *deridere et subsannare sapientiam* est subsannandos alius tradere. Et ea tandem extrema est miseria, cum non sit neque qui doceat vices miserorum, neque qui succurrat infelicibus. Quod si fuerint qui gaudent de calamitate nostrâ et subsannent, malum erit omnino intolerabile. *Subsannare Dei* est stultitiam malorum palam ostendere omnibus, conatusque eorum irritos reddere, comprehendere astutos in astutiâ suâ, eujusmodi videmus Indæ Judæos, quamvis ipsi non videant. Sensus proverbii est, fletum et stridorem dentium manere eos qui in tempore penitentiam penitentiam noluerunt agere. Porro quantus futurus sit timor eorum qui Sapientiam non obtinuerunt, similibus quibusdam exprimit et metaphoricis, comparans penas et supplicia malorum vastitati hostili et desolationi civitatis, ubi omnia incendio et rapinis traduntur, ubi crudelitatem hostium nemo effugit.

VERS. 27. — *CUM IRRUERIT REPENTINA CALAMITAS, ET INTERITUS QUASI TEMPESTAS INGRUERIT, QUANDO VENERIT SUPER VOS TRIBULATIO ET ANGSTIA. Hebr. : Cum venerit quasi desolatio metus vester, et calamitas vestra velut turbo venerit, cum venerit super vos afflictio et angustia.* Explicat in hoc versiculo quantum sit futurus ille timor, de quo superius locutus est. Erit velut desolatio que repente et præter expectationem solet irruere, ut inquit Paulus, 2 Thes. 5 : *Cum dixerint, pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus.* Si simplicem sequamur sensum, proverbium indicat ad summam miseriâ redigi, si non rerum externarum, at certe ad angustias animi, quotquot

sapientiam spernunt; horrenda et inexpectata supplicia manere eos qui sapientiam non complectuntur Evangelicam. Alioqui hæc aptissime quadrant in Judaice gentis ruinam, exilii et servitutis angustias, que teste non solum eorum conscientia, sed universo orbe super eos venerant, quod Christum Dei sapientiam noluerint audire. A quibus liberari et eripi quotidie clamant, sed frustra; imò sunt iuxta præsentem locum ludibrio, suntque risui omnibus, in quibus vera sapientia viget: tantum adest ut quisquam eorum doleat vices, aut miseris succurrere laboret.

VERS. 28, 29, 30. — *TUNC INVOCABUNT ME, ET NON EXAUDIAM, MANE CONSERGENT ET NON INVENIENT ME, EO QUOD EXOSAM HABUERUNT DISCIPLINAM, ET Timorem DOMINI NON SUSCEPERUNT; NEC ACQUIVERUNT CONSILIO MEO, ET DETRAHERUNT UNIVERSE CORREPTIONI MEÆ. Hebr. : Tunc vocabunt me, et non respondebo, nunc querent me, et non invenient me, eò quod oderunt scientiam, et timorem Domini non elegerunt; noluerunt consilium meum, spreverunt omnem increpationem meam. Tunc invocabunt, vel vocabunt me.* Sunt verba Sapientiam, que vocat ad penitentiam; oburgando, minando invitât ad sanam mentem; porro transacto penitendi tempore, non amplius dignatur eos alloqui, sed mutat personam quâ futurum sit prædicit; futurum, inquam, ut illi element. Nam hactenus ego clamavi, inquit Sapientiam, et nolistis audire; posthac illi clamabunt, et ego non exaudiam, vel non respondebo. In Hebr. *querent aut investigabunt*, potius quam *manu surgent*; sed in defensionem interpretis nostri asserunt Hebræi hoc verbum *מָנָה* manere querere significare; h. e., cum studio et sollicitudine, q. d.: Ante omnia tunc querent me, qui nunc consilium meum contempnunt. Ista non solum damnatis animabus post mortem quadrant, que aliquando serâ ducentur penitentia, ut scribitur Sap. 5, intra se penitentiam agentes, et præ angustia spiritus gementes; neque solum traditis in sensum reprobum in hac vita, qui locum penitentiam non invenient, etiamsi cum lacrymis querant, ut Esaï Hebr. 12, sed omnibus quotquot juvenili ætate bonas et honestas artes spernunt, majores natu et gravati senio seipsos accusabunt, et serâ penitentiam doctrinam querent, eò quod exosam habuerunt scientiam. Hujusmodi est sermonis contextus: In angustiis constituti vocabunt me, ut opem illis feram, et ego non respondebo, non juvabo, ut pona respondeat culpe; nam odio habuerunt scientiam quâ Deus cognoscitur, scientiam prophetarum et legis, que est ut *cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*, Joan. 17. Hæc notitia potissimum nascitur ex timore Dei; hinc addit: *Et timorem Domini non susceperunt, non elegerunt timorem Domini, quod est principium sapientiam; ut superius dictum est. Non acquirerunt consilio meo.* Hebr.: *Noluerunt consilium meum, vel potius: Noluerunt audire consilium meum*, quod fuit hujusmodi: Convertimini ad correptionem meam. Sequitur: *Detraherunt universam correptionem meam, vel, spreverunt omnem correptionem meam*, quod ferè solet imperiis et ignari, qui sapientiam sunt expertes, qui hujus vita

commodis et amenitate sese oblectant; hi, inquam, solent floccifacere divini sermonis et celestis philosophiæ correptionem, et subinde meritas penas luunt, iuxta id quod sequitur.

VERS. 51. — *CONEDIT IGITUR FRUCTUS VIE SÆ, SEUSQUE CONSILII SATURABUNTUR.* Metaphorica locutio accepta ab agricolis, et quadrat in eos qui sibi sunt ipsis causa malorum et auctores. Neque est sensus alienus ab illo Pauli ad Cor. elogio: *Quæ seminât homo, hæc et metet*, 2 Cor. 9. Adjectis duabus vocibus, nempe *viâ et consiliis*, apparuit sensum esse de moribus et cibo animæ, h. e., de his rebus quibus sum appetitum pascunt homines, dum sua studia et consilia sequuntur; quibus aliquando saturabuntur, et ad fastidium et nauseam usque perveniunt. Est enim omnium rerum mundanarum saturitas, quantumvis amœna videantur in principio; quemadmodum scribitur: *Extrema gaudii occupat luctus. Comedere denique de fructu viæ suæ est dignum factis mercedem recipere; consiliis suis saturari, penas dare pro peccatis, que cum consilio et animo destinato perpetraverunt; vel, perniciosis consiliis quibus aliis machinabantur malum, sibi ipsis conciliant interitum.*

VERS. 52. — *AVERSIO PARVULORUM INTERFICIET EOS (1), ET PROSPERITAS STULTORUM PERDET EOS. Aversio*, vox Hebræa *פָּרַח*, pro quiete capi potest, et erit ideam sensus primæ et secundæ clausulæ hujus versiculi, ad hunc modum: *Pax et requies parvulorum perdet eos, dum abutuntur prosperitate, mala committunt plurima, quibus interficientur; adversâ fortunâ, et hujus vite molestiis, sapere coguntur plurimi; nam reatatio dat intellectum*, Isa. 28, et huic sensui respondet secundæ clausula: *Et prosperitas stultorum perdet eos.* Quod si, juxta Aben Ezra, pronomen *eos* non refertur

(1) Peribunt, quod juvenorum alique imperitorum exemplo, à sapientiam consilio auditum averterint. *Et prosperitas stultorum perdet illos*, tranquillitas, impunitas. Ita enim putant bene sibi omnia per nequitiam eventura. (Bossuet.)

## CAPUT II.

1. Fili mi, si susceperis sermones meos, et mandata mea absconderis penes te,
2. Ut audiât sapientiam auris tua; et inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.
3. Si enim sapientiam invocaveris, et inclinaveris cor tuum prudentiam:
4. Si quesieris eam quasi pecuniam, et sicut thesauros effoderis illam:
5. Tunc intelliges timorem Domini, et scientiam Dei invenies.
6. Quia Dominus dat sapientiam; et ex ore ejus prudentia scientia.
7. Custodiet rectorum salutem, et proteget gradientes simpliciter;
8. Servans semitas justitiæ, et vias sanctorum custodians.
9. Tunc intelliges justitiam, et iudicium, et requiritatem, et omnem sentiam bonam.

tur ad parvulos et stultos recipere, sed ad peccatores, de quibus superius locuti sumus, erit sensus: Quies parvulorum et prosperitas stultorum, h. e., malorum hominum et pessimorum felix successus in hac vita, plurimos ad perniciem et interitum perducit, q. d.: Eò quod non statim ponuntur qui stultè agunt, multi pereunt; et hoc est quod conqueritur Sapiens, Eccles. 9: *Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt, unde et corda filiorum hominum implentur multità.* Prior expositio est melior; hanc posteriorem tamen sequitur Nic. de Lyra. Manifesta satis est intelligentia quam noster reddidit interpres, nempe *aversio parvulorum, supple à sapientia, interficiet eos*, causa erit interitus et perditionis illorum. Sed stulti non previdunt mala futura, presentibus bonis libenter fruuntur, nempe sanitate, divitiis, honoribus, ex quibus damna capiunt stulti, h. e., divinam sapientiam expertes.

VERS. 53. — *QUI AUTEM ME AUDIERIT ABSQUE TERRORI, REQUIESCET, ET ABUNDANTIA PERFECTUR, TIMORE MALORUM SUBLATO. Hebr. : Qui obtempert mihi, habitabit cum fiducia, vel confidenter, et prosperè aget, procul à timore mali, id quod sola sapientia divina prestare potest. Alioqui qui maximâ hujus mundi felicitate fruuntur, maximis ferè terribioribus concutiuntur, timentes videlicet ne amittant ea quæ malis artibus sunt assecuti. Sunt ex Hebræis qui exponunt, prosperè aget à timore mali, quod tenet super eum, h. e., non minore securitate sentiat, aut etiam felicitatem rebus adversis quam prosperis, semper sui similis. Adversis sive mala hujus mundi, que alios reddunt infelices, non minuant prosperitatem aut quietem illorum qui sapientiam auscultant; vel requiescent absque timore, pacato animo à supervacaneis curis, et tentationum tumultibus, quasi perpetuum agentes sabbatum in timore Domini. Sensus denique est, solam sapientiam prestare tranquillitatem animæ, et metum mali expellere.*

## CHAPITRE II.

1. Mon fils, si vous recevez mes paroles, et si vous tenez mes préceptes cachés dans le fond de votre cœur;
2. En sorte que votre oreille se rende attentive à la sagesse; abaissez votre cœur pour connaître la prudence.
3. Car si vous invoquez la sagesse, et que vous songiez votre cœur à la produire;
4. Si vous la recherchez comme l'argent, et que vous creusiez bien avant pour la trouver, comme des trésors;
5. Alors vous comprendrez la crainte du Seigneur; et vous trouverez la science de Dieu.
6. Car c'est le Seigneur qui donne la sagesse; et c'est de sa bouche que sortent la prudence et la science.
7. Il réserve le salut pour ceux qui ont le cœur droit; et il protégera ceux qui marchent dans la simplicité;
8. En observant les sentiers de la justice, et en gardant la voie des saints.
9. C'est alors que vous connaîtrez la justice, le jugement et l'équité, et tous les sentiers qui sont bons,

10. Si intraverit sapientia cor tuum, et scientia animæ tuæ placuerit;  
 11. Consilium custodiet te, et prudentia servabit te;  
 12. Ut eruaris à viâ malâ, et ab homine qui per-versa loquitur;  
 13. Qui relinquunt iter rectum, et ambulat per vias tenebrosas;  
 14. Qui latantur cum malè fecerint, et exsultant in rebus pessimis;  
 15. Quorum viæ perversæ sunt, et infames gressus eorum;  
 16. Ut eruaris à muliere alienâ, et ab extraneâ que mollit sermones suos,  
 17. Et relinquit decem pubertatis suæ,  
 18. Et pacti Dei sui oblita est: inclinata est enim ad mortem domus ejus, et ad inferos semitæ ipsius:  
 19. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vite:  
 20. Ut ambules in viâ bonâ, et calles justorum estudias.  
 21. Qui enim recti sunt, habitabunt in terrâ, et simplices permanebunt in eâ;  
 22. Impii verò de terrâ perdentur; et qui iniquè agunt, auferentur ex eâ.

## COMMENTARIUM.

VERS. 4. — FILII MI, SI SUSCEPERIS SERMONES MEOS, ET MANDATA MEA ABSCONDERIS PENES TE (1). Hactenus

(1) SYRUS, IN *corde tuo*, UT AUDIAT SAPIENTIAM AURIS TUA: INCLINA COR TUUM AD COGNOSCENDAM PRUDENTIAM. ARABICUS, SI AUDIERIS PRÆBES SAPIENTIAM AURIS TUÆ, TRADIDISTI COR TUUM AD INTELLIGENDUM. *Et fili significat non esse verba sapientia, ut vult, supra, BAYNUS; sed ipsius sapientia, scilicet Salomonis, q. d. Filius meus eris, si sermonibus meis auscultaveris, ait R. LEVI; Salomon enim passim hoc disciplinam instruit, eumque vocat filium. Id patet ex vers. seq. ubi ait: Si enim sapientiam invocaveris, etc. Si enim Sapientia loqueretur, diceret utique: Si me invocaveris.*

Nostra versio difficultatem habet: quomodo enim coherent: Si susceperis sermones meos, etc. cum *inclinata cor tuum?* Qui enim suscepit sermones sapientia, utique jam ad eam inclinavit cor suum. Viderunt hoc SEPTUAG. Hæcque clarè vertunt: *Fili, si susceperis eloquium mandati mei absconderis penes te, obediens sapientia auris tua* (minus rectè aliqui codices habent, *obediens sapientia auris tuæ*; Aquila, Symmach. et Theodot. vertunt, *ad attendendam sapientiam*), et *adjuces autem ipsam in admonitionem filio tuo*, quod non in Hebræo: unde videtur alimè irrepressisse, ac congruè habere potest sensum, q. d.: Si me, o fili, te quasi patrem docentem momentaneè audieris, promitto tibi fore ut et te filius tuus docentem arguentem que audiat et obediat; sin mea monita spreveris, tua quoque spernet filius tuus. Justa enim est hæc lex talionis sancita à justo jure. Deo, ut quod quis tribuit patri, hoc recipiat à filio suo. An, ut explicat auctor Catena Græcorum, q. d.: Si acer impigerque sapientia audior fueris, eos propediem progressus in ea facies, ut alteri quoque quasi filio et discipulo tuo, doctrinam quam hucusq. importari valeas. Eundem sensum habere possent nostra versio Latina, si pro *inclinata legas inclinatus*, ut legitur BAYNUS, PAGNIUS et alii. Secundò, Vatablus censet sententiam horum duorum versuum pendere, ac post versus 5 et 4, qui per parenthesis interseruntur, expleri debent, vers. 5;

10. Si la sagesse entre dans votre cœur, et que la science plaise à votre âme;  
 11. Le conseil vous gardera, et la prudence vous conservera,  
 12. Afin que vous soyez délivré de la mauvaise voie et des hommes qui tiennent des discours corrompus,  
 13. Qui abandonnent le chemin droit, et marchent par des voies ténébreuses;  
 14. Qui se réjouissent lorsqu'ils ont fait le mal, et triomphent dans les choses les plus criminelles;  
 15. Dont les voies sont corrompues, et dont les démarches sont infâmes.  
 16. Afin que vous soyez délivré de la femme étrangère, de l'étrangère dont le langage est doux et flatteur,  
 17. Qui abandonne le guide de sa jeunesse,  
 18. Et qui oublie l'alliance qu'elle avait faite avec son Dieu; car sa maison penche vers la mort, et ses sentiers mènent aux enfers.  
 19. Quiconque s'engage avec elle, n'en reviendra point, et ne rentrera point dans les sentiers de la vie.  
 20. Marchez donc dans la bonne voie, et ne quittez point les sentiers des justes.  
 21. Car ceux qui ont le cœur droit, habiteront sur la terre, et les simples y seront fermement établis;  
 22. Mais les impies seront retranchés de dessus la terre; et ceux qui commettent l'injustice, en seront exterminés.

avaritiam cavere docuit, et rapinas, et alia horrenda peccata, ad que juvenes peccatorum consueverunt et

unde sic vertit: *Fili mi, si acceperis verba mea, et præcepta mea penes te reposeris, ut sapientia auris tuas accomodes, et cor tuum inclinas in ista, etc.* *Intelliges timorem Domini.* Sic quoque hæc legitur et necit S. Ilierius in Psal. 127. initio. *Si enim, ait, sapientiam invoces, et intellectui des vocem tuam, et exquiras eam tanquam argentum, et tanquam thesaurus investiges eam, tuam intelliges timorem Domini.* Tertio, noster obscurus, sed profundus et germanus vertit, *inclinata.* Docet enim hic Salomon viam et modum accedendi ad sapientiam, qui est inclinare cor suum ad querendum sapientiam, qui est inclinare cor suum ad sapientiam, eique totum cordis sinum magnâ attentione, humilitate et aviditate expandere. Id patet ex sequentibus. Sensus ergo genitius est, q. d.: Si susceperis (Hebr., si susceperis) id est, si susceperis volueris sermones meos, et si mandata mea absconderis (Hebr. si absconderis), id est, si absconderis volueris apud te in sinu mentis tuæ; si, inquam, hoc agere cupis et destinas, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam, sic ut auris tua audiat sapientiam: quò enim propendet cor, eò ipsam inclinât et artem; id est enim ut *audiat sapientiam*, referendum est ad id quod sequitur: *Inclina cor.* Unde BAYNUS ex Hebræo sic vertit: *Ut attentam præbes sapientia auris tuæ, inclinas cor tuum ad intelligendum.* Idem enim, ut jam sæpius monui, hic sunt *prudentia, scientia, intelligentia*; nam hæc pluribusque aliis nonnihil copite et amplitudinis causâ, vocatur sapientia practica, sive ethica, que mores ad honestatem sapienter significant actum non realem, sed mentalem, vel verborum, ut susceperis sit idem quod si volueris suscipere, non autem si actu præterito jam susceperis. Sic Deus ait Jeremiæ cap. 1, 10: *Constitui te hodie super gentes, ut e ellas, et destruas, et disperdas*, id est, ut prophètes et prædicator gentes fore evellendas, destruidas et disperdas. Nec enim actu reali, sed mentali, vel potius verbaliter et propheticè Jeremiæ gentes evulsit, destruxit et disperdidit. Vide ibi dicta. Rursùm verbo Hebræorum

consilio nonnunquam pertrahuntur; quibus manet exitus pessime vite dignus. Sed his relictis convertit sermonem ad filium. In hoc capite sapientie inculeat laudem, studium et amorem, qui nos ad res cœlestes perducit, mundum conculcare docet. *Fili mi.* Sunt verba Sapientie. Nemo melius ad sapientiam pertrahit significat sæpè actum inchoatum et mente destinatum, non completum et opere perfectum; sic hic si susceperis, id est, si suscipere desinaveris et inchoaveris, ceperis, id est, ait Jansenius, nec esse esse sapientie studioso, ut cor suum abstractum ab amore rerum terrenarum (ad quas ex natura sua corrupta semper inclinatur et propendet) inclinet atque totum addeat prudenti cognoscendæ, seriò hoc ipsum et ex animo desiderans; sic ut non designetur auribus suis sapientiam ex aliis percipere, sed aures suas accomodasset, frustra auribus corporeis sapientiam ex ore auditor sapientium. Inclinas ergo cor tuum prudentie, sic ut audiat auris tua sapientiam; vel inclinabis cor tuum prudentie ad hoc, ut cum fracta et attentè auris tua audiat sapientiam. Serium enim desiderium requirit ad comparandam sapientiam, docet in sequentibus. Vox enim *absconderis* significat sapientiam esse rem prolesam, et clandestinè salutè desiderandam, et in arca, non argenti, sed mentis, studiosè reco-tendendam, juxta illud Psal. 118: *In corde meo abscondi eloquia tua, ne scilicet volucres cœli, id est, aereæ potestates, ea diripiant et devorent, juxta parabolam seminis, quam proponit Christus Matth. c. 13, 19.* Hinc pro ut audit, ut attentè intendat, verbum enim *absconderis* significat magnum attentionem mentis, quæ fit cum gestu, puta cum aurium arretitione; unde in Scripturâ passim auribus tribuitur. La verbis ergo Hebraicis, ut *audias et inclina*, est aliquid energie. Inquit BAYNUS, supra quam Latinus sermo non assequitur, quò magnum studium et sedulitas in audiendo commendatur, et humilitas cordis, dum aurum inclinât. Si audieris, inquit, sicut ait tendere facias aurum tuum sapientie. Hoc est quod Christus toties repetit: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Valde difficile est juvenibus oblectari sese rebus seriis, habere aurem attentam sapientie præceptis, habere cor inclinatum ad intelligentiam scilicet eorum que sapientia docet. Vel potius, inclinare cor ad intelligentiam, est applicare animum ad res que mente et intelligentiâ percipiuntur; q. d.: Remove cor et desiderium tuum à rebus quas vides, quas audis, et que reliquis sensibus hauriuntur, et attentum habe ad res cœlestes, que cogitatione comprehenduntur et intelligentiâ, usque adeo id difficile e- i, ut humanas quodammodo superet vires; et proinde ad preces confugiendum est, juxta id quod sequitur.

igitur ut sapientia hæc commos, aures et cor ipsi dede, cor totum ad illam inclinet, aure tota illi auscultet. Cor enim est centrum animæ, et pondus horologij nostri interni, juxta illud S. August. *Pondus meum amor meus, eo feror quocumque feror.* Amor enim est actus et affectus cordis, que facit ut voluntas rein amatum toto affectu prosequatur, ut intellectus ejus pulsantem intelligenz cogitator consideret, ut memoria ejus serpen recorderet. Hæc factum illa vulgò trita: *Si cupiditas ex discendi, dices plurima.*  
*Doceri velle, summa est eruditio.*  
*Ubi deest mens, discipulum nil juvat.*  
*Nunquam discitur satis, nunquam nimis quod discitur.*  
*Amor, magister optimus discipulorum.*  
 Denique cor est mens et voluntas cordata; hinc cor symbolum, et, juxta Galenum, sedes est sapientia, juxta illud:  
 Cor sapit, et pulmo loquitur, fel commovet iram,  
 Splen videre facit, cogit amare jecur.  
 (Cora à Lab.)

hit homines, nemo melius sapientia laudes celebrare poterit, quam ipsa Sapientia. Quibus ergo vestigiis, et quo studio ad scientiam perveniatur; porro quæ vitia juvenibus potissimum obstant, quominus sapientes evadant, principio hujus libelli veluti præfatione quadam enumerat Salomon. Et primò: *Fili mi, si acceperis verba mea.* Accipiendâ sunt verba Sapientie, quod ad voluntatem audiendi, ad obedientiam, et intelligentiam verbis divini referri potest. Si susceperis sermones meos, q. d.: Sapientia quod ad eam spectat, facit, clamat, dat vocem suam in loco eminentiore, omnes invitat, à suâ doctrinâ neminem excludit; imò veluti trancum filium, unumquemque vocans: *Fili mi, inquit, si susceperis, quod meum est feci, vocavi, porrigendo manum operi tui, et gratiâ præveni; nunc tuum est obediendo suscipere sermones meos et abscondere penes te, tanquam ingentem thesaurum, et res quasque charissimas. In capiendo et recordando ostende quam chara sint tibi Sapientie præcepta. Hebræi referunt ad jugem præceptorum memoriâ hoc quod dicit abscondere tecum, vel apud te. Quibus modis sint arripienda verba, et quo loco occultanda præcepta, in sequenti versiculo ostendit.*

VERS. 2. — UT AUDIAT SAPIENTIAM AURIS TUA, INCLINABIS COR TUUM AD COGNOSCENDAM PRUDENTIAM. Hebr.: *Ut attentam præbes Sapientie aurem tuam, inclinas cor tuum ad intelligentiam.* Ex proprietate lingue in verbis, ut *audias et inclinabis*, est aliquid energie, quam Latinus sermo non assequitur, quò magnum studium et sedulitas in audiendo commendatur, et humilitas cordis, dum aurum inclinât. Si audieris, inquit, sic ut attendere facias aurum tuum Sapientie; hoc est quod Christus toties repetit: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Valde difficile est juvenibus oblectari sese rebus seriis, habere aurem attentam Sapientie præceptis, habere cor inclinatum ad intelligentiam, supplè, eorum que Sapientia docet; vel potius *inclinare cor ad intelligentiam* est applicare animum ad res que mente et intelligentiâ percipiuntur; q. d.: Remove cor et desiderium tuum à rebus quas vides, quas audis, et que reliquis sensibus hauriuntur, et attentum habe ad res cœlestes, que cogitatione comprehenduntur et intelligentiâ; usque adeo difficile est ut humanas quodammodo superet vires, et proinde ad preces confugiendum est, juxta id quod sequitur.

VERS. 3. — SI ENIM SAPIENTIAM INVOCAVERIS, ET INCLINAVERIS COR TUUM PRUDENTIÆ. Hebr.: *Sed si ad intelligentiam clamaveris, ad prudentiam dederis vocem tuam.* Septuaginta sic: *Et si rōp rōv epōiōv ἐκκαλέσῃς καὶ τὴν σοφίαν ἐπιζητήσῃς.* Si enim sapientiam invocaveris, et intelligentiâ dederis vocem tuam; ut sit sensus: Si clamaveris ad intelligentiam, si clamaveris ad Deum pro intelligentiâ. Vel intelligentiâ Dei, qui Spiritus Dei est, invocandum docet, quò intelligentiam nobis necessariam assequatur. Prior expositio est melior, ut cum sequentia consonat, secundum Hebr. et Septuag. Sunt ex Hebræis qui dicit vocem tuam si exponant per *quando*, vel *cum*; et sit sensus: Cum invocaveris, vel oraveris Deum, æquum est ut ores eum,

quò te juvet in acquisitione intelligentiæ. Potest verbum *rocat*, *invocari*, *orari*, in alio sensu intelligi: nempe sensu *eligendi*, inquit auctor Commentariorum, juxta illam locum Isa. 48: *Israel (non) rocat meum* (ut nostri legunt), sed, *electus meus*; atque juxta hanc significationem hujus verbi videtur, Rom. 1, *electus Apostolus* potius legendum, quam *vocatus Apostolus*. Et *intelligentiæ*, sive *prudentiæ*, *dederis vocem tuam*, hoc est, oraveris pro intelligentiâ ut Deus opem tibi ferat in acquirendâ intelligentiâ. Et hæc quod ad necessitatem gratiæ spectat, cui etiam nostra industria accedit oportet, in juxta omnium etiam Jodæorum sententiam; in quem sensum facit sequens versiculus.

VERS. 4. — SI QUÆSERIS EAM QUASI PECUNIAM, ET SICUT THESAURUS EFFODERIS ILLAM. Hebr.: *Si quæseris eam quasi argentum, et sicut thesaurus eam scrutatus fueris*. Effoderis illam scrutando, videlicet ut invenias eam, sicut avidissimè scrutari solent et effodere, qui pecunias vel thesauros alicubi absconditos nörunt. Sermo nostri interpretis est obscurior, sed Septuaginta et Hebr. habent pro *effoderis*, *scrutatus fueris*, *ut his deperis* *ut pervenias*; ut idem sit sensus in utraq; clausula, nempe, *si quæseris eam sicut argentum*, h. e., tanto studio, tanto desiderio, quanto solent homines divitias quærere; q. d., rem esse indignam homines ad sapientiæ cognitionem natos, studio sapientiæ neglecto, opibus congerendis tantâ aviditate vacare. Ad hunc locum alludere videtur parabola Evangelii: *Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro*; in exhaustam videlicet ind casus esse divinarum rerum et Scripturarum intelligentiam, ut quam nulla ætas aut hominum industria possit exhaurire aut penetrare. Similitudines iste de argento et thesauro hinc spectant, ut ostendat labores magnos et animum invictum exigi à juvenibus in sapientiâ inquirendâ. Vel similitudo refertur ad voluptatem, quam capiunt homines invento thesauro; vel denique refertur ad invictum studium et sedulitatem eorum qui huc dediti sunt, qui totis viribus et omnibus studiis illò respiciant, qui omnem opportunitatem captant opes augendi; simile aliquid exigit Sapiens in studio sapientiæ, ut quamvis magnus sit labor in acquirendâ sapientiâ, virtus enim versatur circa difficile, tamen pre magnitudine amoris levis apparebit. Atqui ex omnibus his tandem conditionibus, nempe *si acceperis verba mea, si præcepta absconderis penit te*, et cætera quæ à principio capitis recitata sunt, inferat,

VERS. 5. — TUNC INTELLIGES TIMOREM DOMINI, ET SCIENTIAM DEI INVENIES. Nisi magnâ humilitate et industria, nisi sedulis precibus et aliis officiis modò recitatis, nunquam intelliges timorem Domini, quod est initiû sapientiæ. Magnâ diligentia et promptâ voluntate et gratiâ Dei opus est, alioqui de sapientiâ Dei nihil penitus intelliges, ne rudimenta quidem sapientiæ. A timore Dei qui primus gradus est, ad scientiam Dei pervenies, inveniesque scientiam Dei. Duplex est sensus: vel ubi omnia hæc feceris, et predictis modis et laboribus nactus fueris scientiam, quam Deus largitur hominibus, tanquam à Deo datam faciemus

eam, ut gratiam Dei cum humano jungat conamine; vel, scientiam Dei invenies, quâ Deus cognoscitur; q. d.: A timore Domini ad cognitionem Dei pervenitur, quod donum Dei esse sequens docet versiculus.

VERS. 6. — QUIA DOMINUS DAT SAPIENTIAM, EX ORE EIUS PRUDENTIA ET SCIENTIA. Non esse virtum humanarum hanc investigare et invenire sapientiam frequenter dictum est; unde potissimum petenda sit, præsens locus aperit. Dominus dabit sapientiam illam quam quæris, juxta illud Jacobi: *Si quis indiget sapientiâ, postulet à Deo*; ut intelligas ubi quærenda sit sapientiâ, non in ethnicorum et infidelium libris, sed in his oraculis quæ Deus ore proprio locutus est. Aliter, quærenda est velut thesaurus, non qui in terris absconditur, sed ubi *fures non effodiunt, neque furtur; perennis est, non consumitur, non contrahit rubiginem, nam ab ore Dei delituit*. In contextu tria nomina ponuntur: *sapientiâ*, quæ ad cælestia refertur; *scientia*, ad cognitionem rerum in hæc vitâ necessarium; *intelligentia* sive *prudentiâ*, ad mores et integritatem conversationis inter homines; quarum unamquamque tanquam ex ore Dei instructi et edocui habent quotquot his virtutibus sunt præditi. Non sunt autem vulgares hæc virtutes, aut omnibus collate, sed his duntaxat qui inculpate vivunt, et ambulat in perfectione, juxta id quod sequitur.

VERS. 7. — CUSTODIET RECTORUM SALUTEM, ET PROTEGET GRADIENTES SIMPLICITER. Hebr.: *Abscondit recti salutem, secum ambulantes in perfectione*. Et Septuaginta, *thesaurizabit*: *Kai thesaurizeti tois aretousin eorum*. Quod ad sensum spectat, non est tanta diversitas quanta est in verbis; nam qui abscondit et reponit, diligentissimè custodit. *Dabit Dominus sapientiam ex ore suo*, sed non omnibus dabit, sed occultat quibusdam, et secretam servat rectis, h. e., his qui rectè ambulat in fide et charitate, juxta id quod sequitur: *Proteget gradientes simpliciter*. Vel, ut in Hebræo, *ambulantes in perfectione*, in hæc vitâ presente, juxta Hebræos. Subinde verba sapientiæ occultat, ubi non est opus; sed parata est sapientiâ, velut clypeus in defensionem eorum qui rectè ambulat. Observandum est hoc in loco poni vocem Hebræam צדקות, quam noster interpret veritatem salutem. Hebræi, quos alii sequuntur interpretes, vertunt *sapientiam*. Ad sensum hæud ita multum refert; nam dubium non est quin salus illa, sive sapientiâ, quam Deus abscondit pro rectis, sit salus novi Testamenti, et æterna Sapientiâ. A nonnullis essentialis vertitur; nam vox Hebræa à verbo צדק, quod esse significat, habet originem, solidam firmanque substantiam, h. e., perseverantiam in bono significare potest. Hebræi suo more intelligunt Mosiicam, quam hoc nomen ideò sortitam inquit D. Kimhi, quòd cum alia sint caduca et vana, sola lex, inquit, perpetuò durat. Sed quantò certius Paulus, qui ad Corinth. scribens de Christo et evangelicâ Sapientiâ: *Loquamur Dei sapientiam, inquit, quod absconditur in mysterio*; et post: *Nobis autem revelari Deus per Spiritum suum*. Sunt autem recti, qui faciunt voluntatem Patris, in quâ nihil est oblitum. Fuit igitur dñ

recondita ista, sive Sapientiâ æterna, sive salus æterna, quæ est protectio et clypeus, sive *scutum*, juxta Hebræum, contra omnia hujus mundi adversa, his qui perfectè vivunt, juxta id quod sequitur.

VERS. 8. — SERVANS SEMITAS JUSTITIÆ, ET VIAS SANCTORUM CUSTODIENS. Hebr.: *Ad servandum semitas judicii (1), et vias sanctorum custodiet*. Declarat hoc versiculo quid sit ambulare perfectè, vel in perfectione: nimirum *custodire semitas justitiæ*. Versiculus præcedens cum præsentè connectitur ad hunc modum: *Salus vel sapientiâ æterna, quæ absconditur rectis, erit protectio gradientibus in perfectione, ad servandum vias judicii*. Sed cum hoc sit supra vires nostras, addit: *Et vias sanctorum suorum servabit, supple, Dominus*. In Hebræo *supplicum* potius legitur quam *sanctorum*, h. e., illorum qui misericordiam implorant. Et, ut inquit quidam ex Hebræis, est mensura pro mensurâ, h. e., premium respondet merito; si is qui ambulat in perfectione servat semitas judicii, tribuens unicuique quod suum est, Deus custodiet viam ejus, ut scriptum est: *Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*, Psal. 90.

VERS. 9, 10. — TUNC INTELLIGES JUSTITIAM, ET JUDICIUM, ET ÆQUITATEM, ET OMNEM SCIENTIAM BONAM, SI INTRAVERIT SAPIENTIA COR TUUM, ET SCIENTIA ANIMÆ TUÆ PLACERIT. Hebr.: *Tunc intelliges justitiam, et judicium, et rectitudines, omnem semitam bonam, cum intraverit sapientiâ cor tuum, et scientia animæ tuæ fuerit*. Itæ tunc refert potest vel ad præcedentiâ, ut sit sensus: Cum perfeceris ea quæ predicta sunt de invocatione et investigatione sapientiæ; sed melius ad sequentiâ, et particula *et* non debet verti sit, sed *cum*, et erit sensus: Non solum has virtutes, justitiâ, judicium et æquitatem intelliges, sed omnem viam bonam, h. e., omnes bonos mores, cum intraverit sapientiâ in cor tuum, et scientia placuerit; vel, ut est in Hebræo, *amena et dulcis fuerit animæ tuæ*. Non puto nimis anxie laborandum in distinctione harum virtutum, jus-

(1) In his verbis interpretandis in duas potissimum partes descendunt interpretes, aliis ad Deum justitiâ observantem, aliis ad pios judicium custodientes referentibus. Qui ad Deum referunt, talem faciunt sensum: Deus protegit pios, ut custodiat semitas judicii, h. e., ut feciat quod rectum est; vel, ut ostendat se discernere pios ab impiis; vel, ut C. B. Michaelis, ut servet semperque ob oculos habeat Dominus, et De oculis enim verbum צדק proprie dicitur, cum in rom alio quam observandam et custodiendam sollicitè intenti sunt, c. 5, 21, et c. 22, 12. Alii verò, qui ad pios hæc referunt, ita reddunt: *Ut custodiant semitas judicii*. Adeoque talis emergit sensus: Custodit Deus integros, v. 7, ut servent justitiâ præcepta; ita eos protegit, ut de re quavis rectè judicent, bonum et malum probè discernentes, numerisque suis functiones ritè peragant, idque beneficio vere illius sapientiæ, quam Deus iis impertit. Quæ quidem sententiâ contextu linguæque proprietati magis conveniens videtur. Potest tamen utraq; explicatio in hunc modum conjungi: Deus piorum servat vias, ne justitiâ et æquitati studentes, in his impietatis aberrent. Quod cum altero versu hæmistiche congruit: *Et tunc piorum ejus custodit*. Grævus Alexandrinus hæud male, *non custodiant eum reddidit*. (Rosenmüller.)

titæ, et judicii, et æquitatum seu rectitudinum, cum in sacris Literis non similis ubique habetur distinctio. Utcumque, hoc in loco secundum quosdam *justitiâ* ad speculationem et contemplationem, h. e., ad Deum refertur; *judicium*, ad actionem, præsertim eorum qui auctoritate præditi sunt; *æquitates*, ad eos qui privatim agunt vitam. *Æquitas* est nemini malè velle, proximis facere quod tibi fieri optares. Aliter: *Tunc intelliges justitiâ*, h. e., fidem, spem et charitatem, quibus à Deo justitiâ consequimur; *judicium* justum erga proximum, eadem illi faciendo quæ tibi fieri visum. Denique *rectitudines intelliges in omni viâ bonâ*; si sapientiâ semel intraverit cor tuum, eris idoneus ut quamcumque degas vitam. Equidem simpliciter intelligendum puto: *Intelliges justitiâ et judicium*, h. e., poteris distinguere inter veram justitiâ Evangelicâ, et fictam sive umbratiliem et legale. Et ita de cæteris virtutibus, et ista scientia erit *amena animæ tuæ*, ut quæ conscientiam hominis sola reddat tranquillam. Cæteram quòd dulcis sit ista animæ quam intraverit sapientiâ, soli nörunt qui sunt experti. *Custate*, inquit, et videte quoniam suavis est Dominus.

VERS. 11. — CONSILIUM CUSTODIET TE, ET PRUDENTIA SERVABIT TE. Ut ubique zamden vocem Hebræam eodem modo Latine redderet, interpres curiosus minime fuit; nam vocem חכמה, quam superius vertit *intellectum*, hoc in loco *consilium* reddidit. Alii secundum Hebræos cogitationem constanter vertunt. Ad sensum non usque adeò refert: sicut enim mentis functiones, intelligere, cogitare et consultare. Sensus versiculi dependet ex præcedentibus, et prosequendo explicat beneficia quæ sequuntur ex inhabitante sapientiâ; quorum est illud quòd *cogitatio servabit te*; vel potius, juxta Hebræos, *excubias et vigilias agit super te, et intelligentia servabit te*; q. d.: Quorum corda sapientiâ non intravit, salubres cogitationes vel consilia non habent, quibus tui esse possint; nam humane mentis mira est inconstantia, magna cœcitas et fragilitas; sæpius de vanis et perniciosis rebus cogitant quàm de honestis, nisi adsit sapientiâ, quæ suppeditat cogitationes cordatas et cœlestes, quæ hosti nostro aditum excludunt, quemadmodum sequitur.

VERS. 12. — UT ERUARIS A VIA MALA, ET AB HOMINE QUI PERVERSA LOQUITUR. *Ad erundum* te potius à viâ mali, supple hominis, vel refertur ad id quod proximè præcessit, nempe *intelligentia servabit te*, ut eripiat te à viâ malâ; vel denique refertur ad illum locum, ubi dictum est: *Cum intraverit sapientiâ in cor tuum, supple tecum erit ad eripiendum te à viâ mali*, h. e., ab his qui malè vivunt, et à viro loquente perversa, h. e., contraria veritatè. Ac si dicat: Nisi cogitatio, sive consilium sapientiæ, tanquam custos, intraverit cor tuum, quomodo conversatus inter homines, qui ferè ambulat per viam malam, h. e., quæ ducit ad malum, poteris esse immixtus à corruptissimis illorum moribus qui etiam perversa loquuntur, alios subvertere conantur, corruptissimorum sermouibus et dogmatibus? ut ad hæreticos referatur, qui relicta veritate et luce, tenebras sequuntur, juxta id quod sequitur.

VERS. 15. — QUI RELINQUUNT ITER RECTUM, ET AMBULANT SUPER VIAS TENEBROSAS. Hebr. : *Relinquentes sententias rectitudinis, ad transiendum per vias tenebrarum.* Quibus, et inquit Petrus, melius erat non cognoscere viam justitiam, quam post agnitionem retrorsum converti, ab eo quod illis traditum est sanctum mandatum, 2 Epist., c. 2. Sunt idololatras, inquit auctor Commentariorum Hebraeorum, et hi qui credunt opinionibus mendacibus, qui fidem habent verbis scientie vanae, quae tenebrae vocantur, ut puta sapientie contrariae, quae vocatur lux. Magna caecitas est relicta luce sequi tenebras, sed tamen hoc illis evadere solet qui sapientia carent, qui fidem Christi non servant, qui claritate non fruuntur lucernae super candelabrum posite, quae lucet duntaxat his qui domo Dei, h. e., Ecclesiae verae et aeternae, continentur, non his qui ad malam vitam mala dogmata adfluxerunt, qui tenebris obsecant latantur in malis, ut sequitur.

VERS. 14, 15. — QUI LETANTUR CUM MALE FERUNT, ET EXULTANT IN REBUS PESSIMIS; QUORUM VIE PERVERSAE SUNT, ET INFAMES GRESSUS EORUM. Hebr. : *Qui letantur ad faciendum malum, et exultare solent in subversionibus malis; quorum mensurae perverse, et obliquitates in viis eorum; exultant in rebus pessimis, vel in pereratiis. Sensus pendet ex eo quod superius dictum est, ut erratis à via mala, et totus hic locus ad laudem sapientiae spectat, ostendens à quibus malis erant sapientia. Quod ad intelligentiam prioris versiculi spectat, possint prima et secunda pars ad diversa referri, ut sit sensus : Gaudet in eo quod ipsi male faciunt, et exultant cum audiunt rectitatem perversam, sive perversitates et subversiones malas aliorum; vel potius subversiones mali hominis, quibus subvertit bonos. Non solum ipsi male facere gaudent, sed exultant audire aliorum mala. Isti miris tenebris versantur, qui gaudent ubi dolere et erubescere oportet; sed hujusmodi solet esse exitus eorum qui malis moribus imbutur, ut paulatim ad peiora declinantes, donec penitus exstincta luce sapientiae in tenebris errorum ambulantes nequeant inter bonum et malum judicare. Non summo desiderio sequuntur mala. De quibus Paulus, Ephes. 4 : *Tenebris habentes obscuram intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam quae est in illis, propter caecitatem cordis ipsorum.**

Quorum sentit perversam. Postquam reliquerint viam rectitudinis, quae non declinat, neque ad dexteram, neque ad sinistram, viae eorum sunt nihil aliud quam perversitates; q. d. : Nemo putet se posse cum illis versari, et recte incedere per sentias justitiae et aequitatis. Sed si amplexus fueris sapientiam, ipsa servabit te, et securum reddet, non solum ab his hominibus malis et perversis, sed etiam à muliere aliena, à qua majus nonnunquam eminet periculum, praesertim juvenibus, quos insitendos suscepit Salomon in hoc fœlo.

VERS. 16. — UT ERUAS À MULIERE ALIENA (1), ET

(1) Per mulierem alienam Hebraei intelligunt idololorum cultum, superstitionem, et omnem falsam doctrinam vere sapientiae adversam. Nam quae tanta esset, inquit Jarchi, sapientiae laus, à meretricibus liberare, non ab

AD EXTRANEAM QUAE MOLLIT SERMONES SCOS. Hebr. : *Ad eripiendum te à muliere aliena, ab extranea quae verba sua possit.* Supple, si intraveris sapientiam cor tuum, intelligentia custodiet te, ad eripiendum te à muliere aliena, ab extranea quae sermones suos fecit blandos, ut est in Hebraeo. Ad hujusmodi mulieribus, quantum tibi emineat periculi, exemplo Sansonis et Salomonis licet intelligere, quarum blanditiis, ille corporis oculis, hic mentis captus fuit. Mulier aliena quae non est conjux legitima, extranea vocatur; Hebraeis, quae non est Israelitica, sed infidelis et impia; Aben Ezra vocem Hebraeam לַחֵרֶת metaphoricè intellectam sic explicat : *Extranea et aliena, quae non dicitur opus bonum, sicut quasi essent ex semine extraneo et alieno.* Quam blandi autem sint sermones mulieris extraneae ostendit Salomon loco haud dissimili, inquit : *Favus distillans labia meretricis; non quod ita sint, sed juxta affectum eorum qui blanditiis tributur, loquitur Scriptura; aliqui omni felle amarulientes sunt allegoriam, ad perversam doctrinam, quae suavitate quadam sermonis solet imperiorum animos ad se allicere, dum jucunda quadam et carni adhaerentia pollicentur, cum vera et catholica doctrina carni minime laxat habenas. Sed cujusmodi sit haec mulier externa, à qua eripit sapientia, videamus.*

VERS. 17. — QUAE RELINQUIT DUCEM PUBEATIS SUAE, ET PACTI DEI SUI OBLITA EST (1). Magnum impu-

nitia alia preceptorum divinarum violatione? Levi Ben Gerson animam concupiscentem et brutam significari putat, quae assidue rationi et sapientiæ relictur, et nunquam non hominem pellicit, ut à recta via decedat. Sed non est, cur à propria verborum significatione discedamus. Nam postquam irrorum, qui alios malis suis factis et dictis à recto tramite adducere student, mentionem fecisset, nunc loquitur de mulieribus, quae incautos voluptatis illecebris corrumpere solent. Hebraeorum nonnulli, quibus et Grotius accessit, intelligunt mulierem alienigenam, barbaram, quæcum concubium hure Hebraeis lege vetitum erat. Sed quae sequuntur docent segi de adultera, de muliere quavis libidinosa, quae alii fidem dedit neque posthabito alios blandiloquis pellicit. *Ab aliena; quae voce sepe aliis peregrina significatur, ut Genes. 31, 15, Ruth 2, 10; hoc vero loco laud differit à significati eo, quod diximus, alieni toci socii, adultera, quomodo et infra 5, 20, et 6, 24, et 7, 5, et 25, 27, usurpatur.* Romani quoque olim meretrices appellabant peregrinas, teste Donato ad Terentium Andr., 4, 119, et 5, 1, 41, quod illonestae feminae meretricium nomen apud extranos facere solbant. Quae subauditio pronome relativo, ut vers. 14, *laxas facit sermones suos, id est blando et molli sermone utitur ad alios illicendos.* Graecus Alexander hujus versus sensum ita expressit : *Ad longe te faciendum à via recta, et alienam à justa sententia. Eri mi, ne occupet te malum consilium.* Quod quantum diliorat ab Hebraeo, conferenti patet. (Rosemuller.)

(1) Qui abandonne celui qui elle a épousé en sa jeunesse, savoir Jésus Christ, et qui oublie l'admonition qu'elle avait faite mes son Dieu dans le baptême, puisqu'après y avoir renoncé au démon, à ses œuvres, qui sont les péchés, et à ses pompes, qui sont tout ce qu'il y a de plus agréable dans les plaisirs et dans la magnificence du monde, elle se rend de nouveau esclave de ces mêmes choses, par un violencement de la parole qu'elle avait donnée publiquement à Dieu, et par la plus grande injure qu'on puisse lui faire.

dicat et impudente argumentum. Solent virgines propensiores esse ad fidem anorem servandum; ista tamen impudica, relicto duce et marito, cui fuerat nota virginitas, adulterum secuta est, oblita et contemnens fœdus Dei, h. e., sacramentum et sponsionem, quae Dei invocato nomine inter sponsum et sponsam celebrari solet; vel fœdus Dei, legem Mosaicam intelligit, quae fornicarios et adulteros condemnat. Juxta allegoriam nihil videtur illa secta ducem pubeatis relinquere, et oblita videtur pacti Dei, quae novae conceptae opinionis fidem relinquit, per quam Christo copulata fuerat in baptisate, contemnens pactum et fœdus quod sub duobus aut tribus testibus inivit. Sed hujus infelicis mulieris infelix est exitus : nam recta in perditionem tendit ipsa, nisi cum his qui ingrediuntur ad eam.

VERS. 18. — INCLINATA EST AD MORTEM DOMUS EJUS, ET AD INFEROS SEMITAE IPSIUS. Hebr. : *Cum declinavit ad mortem domus ejus, et ad mortuos, vel gigantes, sive ejus.* Relicta mariti sui domo videbatur splendidas aliquas ades adulteri ingressura, sed hallucinata est vehementer; nam declinavit à domo mariti declinavit ad mortem, quae veluti domo perpetua mansura

Car, comme un ancien Père dit excellemment, lorsqu'un homme qui, dans le baptême, avait renoncé au démon, pour se donner à Jésus-Christ, abandonne de nouveau pour se remettre sous la domination du démon, il semble qu'après essayé de ces deux maîtres, et les ayant comparés l'un avec l'autre, il juge que celui là est le meilleur auquel il a mieux aimé se donner pour une seconde fois. Comparationem videtur egisse, qui strumpem cognovisset, et judicavit pronantissime cum meliorem cupis et rursus esse meliorem. Anisi, comme dit le même auteur, il se rend la joie et le triomphe de cet ange superbe, qui insulte en quelque sorte à Dieu, après avoir repis l'esclavage qu'il lui avait racheté d'être les mains. (Sacy.)

Quae deserit amicum juventutis suae, id est, maritum, qu. Job, 18, simili phras. dominus juventutis suae vocatur. Quod adultera juventutis suae amicum deserere dicitur. Ecce ad illius nequitiam demonstrandam, fidem quae blanditiis ipsius nequamquam adhibendam urget. Quod si enim ad eam flexibilis perversae animi ad primum anorem, qui tamen plerumque esse solet tenacissimus, tam leviter exeat, quid, quæso, erga te peregrinum non committat postea, ubi vel tuae pecunie roborisve tui jam compos facta fuerit? Grotius amico juventutis illius Deum intelligi opinatur, qui vitam dedit et alimenta à primâ estate, et Jerem. 5, 4, à gentis Hebraeae amicum juventutis suae appellatur. Mox vero hestitio fœdus cum Deo mentio fit. Quod tamen quomodo de conjugali fœdere dici possit, mox videbimus. Graecus Alexandrinus sic reddidit : *Quae deserit doctrinam juventutis.*

Et fœderis Dei sui oblita est. Fœdus Dei intelligit conjugium quod contrahitur inito fœdere inter eos, quod advocato Dei tuncam testis nomine. Conf. Malach. 2, 14 : *Non testis pœt (in contrahendo matrimonio) inter te et inter uxorem juventutis tuae, quae juvenem juvenis duxisti.* Hinc recte annotat Aben Ezra mulierem cum viro inito fœdus Dei, ne vir sit perditus in uxorem, nec, versâ vice, uxor sit perditâ in maritum. Non audiendus Grotius, qui pactum intelligit Dei cum Noachis cumque postorsis in idum, quo comprehenditur minus Dei cultus, fuga adulteriorum, incestorum, esum. Sed quae Hebraei de hoc Noachico communicantur, sunt inter commenta eorum recentiora referenda. (Rosemuller.)

est; et semitae per quas à federe Dei elapsa est, ad mortuos tendunt. Aliter, declinavit ad mortem, qui declinavit ad domum illius; et semitae illae, quae ducunt ad domum illius mulieris, ducunt ad mortuos, sive gigantes (ut alii volent), et demones terrores intelliguntur, ut de aeterna morte animae fiat sermo. Sed cum crebra fiant homicidia ob insanos mulierum amores, possumus ad temporelem mortem locum referre : nam causa exstitit interitus et ruinae totius familiae.

VERS. 19. — INCREDENTES AD EAM NON REVERTENTUR, NEC APPREHENDENT SENTIAS VITAE (1). Hebr. : *Omnes qui ingrediuntur ad eam, vel omnes qui rem habent cum eâ, non revertentur, non apprehendent sentias vitae, vel viventium.* Qui ad hanc impudicam mulierem, quae reliquit thorum mariti, sive reverâ adulteram intelligimus, sive sectam aliquam et doctrinam adulteram, non revertentur. Non solum reverti per penitentiam qui eam amplexi fuerint; nam subversi sunt hujusmodi, neque solent apprehendere viam vitae, qui hujus mulieris ingressi sunt semitas quae ducunt ad mortem; nam paucos ex haereticis penitentiam agere novimus. Non reverti est eorum differenter deserre sive sectam malignam, sive ardentes insanasque libidines, quae excecant corda fornicatorum, ut nominis magnâ et rarâ gratiâ respiciant.

VERS. 20. — UT ABDOLES IN VIA BONA, ET CALLES JUSTORUM CUSTODIAS. Pendet sensus ex eo quod dicitur : *Intelligentia custodiet te ab iis qui relinquit vias rectas, et à muliere adultera. Ut ambulat in via bona, sive, in via bonorum, ut in Hebraeo legitur.* Virtutes et exempla patriarcharum et prophetarum intelligimus. Et justorum sentias custodias, in quibus nullus est error, sed spes praemii, ut sequitur :

VERS. 21. — QUI ENIM RECTISSIME HABITABUNT IN TERRA, ET SIMPLICES PERMANEBUNT IN EA. Hebr. : *Nam recti habitabant terram, et perfecti relinquentur in eâ.* Juxta

(1) NON REVERTENTUR. Ut qui in feritum spem tamen ineluctabilis; neque inquam ad se rediunt, praesertim inescant libidinibus, et voluptatibus mersis.

(Bossuet.)

Omnes qui eam adunt, non rediunt, scilicet à via quae ad perniciem ducit, pessimadabunt. Jarchi :

Difficile iis videbitur ut se separent ab eâ (scilicet à muliere aliena, quae omnium cultum idololorum intelligit, et ut respiciant, à Graeco Alexandrinus :

Omnes qui ambulat in eâ, non revertentur.

Cum interpretes hosce versus non de adultera intelligunt, nec qui ambulat in eâ, videtur esse eum qui stupri consuetudinem cum adultera habeat, sed qui morum vitiaque similitudinem accomodant ead studia et ingenium alienum, eique ita sint dediti et obnoxii per obsequendum facilitatem, ut expediri e ab eo et emigrare nulla modo possint. Jaeger. Nec apprehendent sentias vitae, id est, quae ad vitam tranquillam, puta, et beatam ducit. Similitudo à viatoribus, qui, à rectâ via semel deflecti, eandem postea reperire nequeunt. Graeco Alexandrinus hujus hestitio-chii translatio, nulla codicum discrepantia, haec est : *Nec apprehendent sentias rectas, neque enim apprehendent ab amicitia.* Nisi duplicem interpretationem hic evolvissis statimque manum tuam neutra Hebraea satis accurate exprimit; cum Jaegerus genus interpretandi paraphrasticum hic agnoscentem erit, quod interpres non certus esset, explicaretne de viâ rectâ ad salutem, an de progressu ad senectutem.

(Rosemuller.)

morem legis Mosae, sub quâ vixit auctor, loquitur. Sic enim legimus : *Ut custodiatis universa mandata quae ego praecipio vobis hodie ; et possitis introire et possidere terram, multaque in eâ vivatis tempore*, Deut. 11. à quâ Chanaan peccatores fuerunt exterminati. Porro Judaeos ob peccata migrasse captivos à terrâ testatur historia ; rectos verò et justos vel relictos fuisse in terrâ promissionis, vel in terrâ peregrinationis consolationem accepisse ; quamvis sub lege possessio terrae promittatur justis, sub Evangelio tamen, cuius perfectio est omnibus renuntiare, terram viventium intelligimus : *Beati miles, quoniam ipsi possidebunt terram : miles, inquam, qui solent esse obnoxii injuriis ; et à justis possessionibus expulsionem aequo animo tolerant, neque sectantes lites, ipsi maximè possidebunt terram viventium, à quâ impii exterminabuntur* ; unde sequitur :

VERS. 22. — *IMPII VERÒ DE TERRA PERDENTUR, ET QUI INIQUÈ AGUNT, AUFERENTUR EX EA* (1). Hebr. : *Sed*

(1) Tous ceux qui sont dans le corps de l'Église et dans la société des mêmes sacrements, peuvent y demeurer maintenant, quoique leur impiété et leur injustice les rendent ennemis de Dieu et des hommes. Car tant que cette vie durera, les bons seront mêlés avec

## CAPUT III.

1. Fili mi, ne obliviscaris legis meae, et praeccepta mea cor tuum custodiat;
2. Longitudinem enim dierum, et annos vitae, et pacem apponent tibi.
3. Misericordia et veritas te non deserant, circumdacas gutturi tuo, et describe in tabulis cordis tui ;
4. Et invenies gratiam, et disciplinam bonam, coram Deo et hominibus.
5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne inuitaris prudentiae tuae.
6. In omnibus viis tuis cogita illum, et ipse diriget gressus tuos.
7. Ne sis sapiens apud te ipsum : time Deum, et recede à malo ;
8. Sanctas quippe erit umbilico tuo, et irrigatio osium tuorum.
9. Honora Dominum de tuâ substantiâ, et de primitiis omnium frugum tuarum da ei ;
10. Et implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia tua redundabunt.
11. Disciplinam Domini, fili mi, ne abieicias ; nec delicias cum ab eo corripieris ;
12. Quem enim diligit Dominus, corripit, et quasi pater in filio complaceat sibi.
13. Beatus homo qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentiâ !
14. Melior est acquisitio ejus negotiatione argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus ;
15. Pretiosior est cunctis opibus, et omnia, quae desiderantur huic non valent comparari.
16. Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius divitiae et gloria.
17. Via ejus vie pulchrae, et omnes semitae illius pacificae.

*impii à terrâ excidentur, et transgressores abradentur ab eâ*. Secundus hic versiculus cogit nos quodammodo utrumque ad litteram intelligere de terrâ presente, à quâ impii solent excindi et abradi, non à terrâ viventium, quam nunquam possederunt : abradi, inquam, ut neque posteris eorum, neque nominis fama permaneat ; sed perit memoria eorum cum sonitu, Psal. 9. *Contra, qui reliquerit agros propter me, centuplum in praesenti accipiet*, Matth. 19. Quem sensum si quis non recipiat, alterum sequatur, ut non de presente terrâ, sed viventium et futurâ intelligatur. Nam id genus supplicii Judaeis accidit, dispersi videlicet per orbem, ut praedictum fuerat per prophetas ; et manet omnes impios, qui tum ferè auferuntur à terrâ cum maximè velint vivere.

*les méchants, la paille avec le bon grain, et les lis avec les épines*. Mais il viendra un jour où le Sauveur ôtera de son royaume tous les scandales, et tous ceux qui commettent l'iniquité, et où il séparera pour jamais les bons d'avec les méchants, selon la parole de l'Évangile. Le Sage nous met donc cette vérité devant les yeux, afin que les justes se consolent dans l'espérance des biens que Dieu leur promet, et que les injustes tremblent à la vue de ses jugemens. (Sacy.)

## CHAPITRE III.

1. Mon fils, n'oubliez point ma loi, et que votre cœur garde mes préceptes ;
2. Car vous y trouverez la longueur des jours, la multiplication des années de votre vie, et la paix.
3. Que la miséricorde et la vérité ne vous abandonnent point ; mettez-les comme un collier autour de votre cou, et gravez-les sur les tables de votre cœur ;
4. Et vous trouverez grâce devant Dieu, et devant les hommes une conduite sage.
5. Ayez confiance en Dieu de tout votre cœur, et ne vous appuyez point sur votre prudence.
6. Pensez à lui dans toutes vos voies ; et il conduira lui-même vos pas.
7. Ne soyez point sage à vos propres yeux ; craignez Dieu, et éloignez-vous du mal.
8. Ainsi votre chair sera saine, et l'arrosement pénètrera jusque dans vos os.
9. Honorez de votre bien le Seigneur, et donnez-lui les prémices de tous vos fruits ;
10. Et alors vos greniers seront remplis de blé, vos pressoirs regorgeront de vin.
11. Mon fils, ne rejetez point la correction du Seigneur, et ne vous abattez point lorsqu'il vous châtie ;
12. Car le Seigneur châtie celui qu'il aime, et il trouve en lui son plaisir, comme un père dans son fils.
13. Heureux celui qui a trouvé la sagesse, et qui est riche en prudence !
14. La possession de la sagesse vaut mieux que l'acquisition de l'argent ; et le fruit qu'on en tire est plus excellent que l'or le plus fin et le plus pur.
15. Son prix passe toutes les richesses ; et tout ce qu'on désire le plus, ne mérite pas de lui être comparé.
16. Elle a la longueur des jours dans sa droite, et dans sa gauche les richesses et la gloire.
17. Ses voies sont des voies belles, et tous ses sentiers sont pleins de prospérité.

18. Lignum vitae est his qui apprehenderint eam : et qui tenuerit eam, beatus.
19. Dominus sapientiâ fundavit terram ; stabilivit caelos scientiâ.
20. Sapientiâ illius eruperunt abyssi, et nubes rore concrescunt.
21. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis ; custodi legem atque consilium :
22. Et erit vita animae tuae, et gratia faucibus tuis.
23. Tunc ambulabis fiducialiter in viâ tuâ, et pes tuus non impinget.
24. Si dormieris, non timebis ; quiesces, et suavis erit somnus tuus.
25. Ne paveas repentino terrore, et irruentes tibi potentias impiorum.
26. Dominus enim erit in latere tuo ; et custodiet pedem tuum, ne capiaris.
27. Noli prohibere benefacere eum qui potest ; si vales, et ipse benefac.
28. Ne dicas amico tuo : Vade, et revertere, cras dabo tibi, cum statim possis dare.
29. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.
30. Ne contendas adversus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit.
31. Ne æmuleris hominem injustum, nec imiteris vias ejus,
32. Quia abominatio Domini est omnis illusor, et cum simplicibus sermocinatio ejus.
33. Egestas à Domino in domo impii : habitacula autem justorum benedictorum.
34. Ipse deludet illosos, et mansuetis dabit gratiam.
35. Gloriam sapientes possidebunt : stultorum exaltatio, ignominia.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1, 2. — *FILI MI, LEGEM MEAM NE TRADAS OBLIVIONI* (1), ET *PRÆCEPTA MEA CUSTODIAT COR TUUM*. NAM *LONGITUDINEM DIERUM ET ANNOS VITAE, ET PACEM ADDENT TIBI*. Superiore capite à quibus malis eripiat Sapientia dictum est ; in hoc verò, quanta prœmia conferat his qui sapientiæ sunt studiosi. Verba sunt vel Salomonis, vel Sapientiae. *Legem et præcepta sua intelligit quae sequuntur, nempe misericordia et veritas non deserant te ; quæ ut majore studio amplectatur filius, prœmia proponit tenere ætati maximè chara, videlicet diuturnam et felicem sive tranquillam vitam*. Tria nomina, *longitudinem dierum, annos vitæ, et pacem*, sic distinguunt Hebræi : ut *longitudo dierum* referatur ad presentem vitam, quam juxta naturæ periodum sit impleturus ; *annos vitæ*, ad seculum animorum et æternæ vitæ felicitatem ; *pacem addent*, q. d. : Super pacem corporis et animæ pacem addent ; nam non est ulla pax impii, et ultra pacem in prosperis addent pacem in adversis hujus vitæ et pacem cum Deo ; nam in additione multiplicem pacem significat. Magna promittit,

(1) Il est, legis naturalis, quæ à Deo impressa est cordibus humanis ; et legis divinæ, à Deo per revelationem date. (Lyranus.)

18. Elle est un arbre de vie pour ceux qui l'embrassent ; et heureux celui qui se tient fortement uni à elle !
19. Le Seigneur a fondé la terre par la sagesse ; il a établi les cieus par la prudence.
20. C'est par sa sagesse que les eaux des abîmes se sont débordées, et que les nues, en s'épaississant, forment la rosée.
21. Mon fils, ne cessez point d'avoir ces choses devant vos yeux ; gardez la loi et le conseil ;
22. Et ils seront la vie de votre âme, et comme un ornement à votre cou.
23. Vous marcherez alors avec confiance dans votre voie, et votre pied ne se heurtera point.
24. Si vous dormez, vous ne craindrez point ; vous reposerez, et votre sommeil sera tranquille.
25. Ne soyez point saisi d'un frayeur soudaine ; et ne craignez point que la puissance des impies vienne vous accabler ;
26. Car le Seigneur sera à votre côté ; et il gardera vos pieds, afin que vous ne soyez point pris dans le piège.
27. N'empêchez point de bien faire celui qui le peut ; faites bien vous-même, si vous le pouvez.
28. Ne dites point à votre ami : Allez et revenez, je vous le donnerai demain, lorsque vous pouvez le lui donner à l'heure même.
29. Ne tramez point de mal contre votre ami qui a confiance en vous.
30. Ne faites point de procès à un homme sans sujet, et lorsqu'il ne vous fait aucun tort.
31. Ne portez point envie à l'homme injuste, et n'imitiez point ses voies ;
32. Parce que tous les trompeurs sont en abomination au Seigneur, et qu'il communique ses secrets aux simples.
33. Le Seigneur frappera d'indignence la maison de l'impie ; mais il bénira les maisons des justes.
34. Il se moquera des moqueurs ; et il donnera sa grâce à ceux qui sont doux.
35. Les sages posséderont la gloire ; l'élevation des insensés sera leur confusion.

sed eâ lege ut legem servet non oscitanter, sed juxta memoriâ retinet, et non ore tenens, sed ex animo et toto affectu adimpleat. *Præcepta, misericordia et veritatis, ut memoria referatur ad studium et meditatio nem, et observatio ad opus*.

VERS. 3, 4. — *MISERICORDIA ET VERITAS NON DESERANT TE* (1) ; *CIRCUNDA EAS GUTTURI TEO, SCRIBE ILLAS*

(1) Misericordia et veritas in Scripturâ sacrâ nobis frequentius commendantur ; et modo Deo tribuntur, modo homini præcipiuntur : Deo tribuntur in Psalmis : *Misericordia et veritas præcedent faciem tuam* ; item : *Super misericordiâ et veritate tua, ne quando dicant, etc*. Homini verò præcipiuntur hoc loco. Est autem misericordia Deo attributa, quæ gratis, et sine quodcumque beneficio præstat, vel aliquid promittere dignatur. Hæc enim omnia absolutè gratuita sunt, et solum ad misericordiam pertinent. At è diverso, veritas pertinet, vel ad præstationem promissorum, vel ad retributionem mercedis. Unde Deus verax dicitur, dum vitam justis, supplicia injustis rependit : verax etiam, dum peccitentium veniam donat, quia promittit, juxta illud Psal. 50 : *Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. Ecce enim veritatem dilexisti*. Sic et misericordia quæ homini præcipitur, spectatur in illi officiis charitatis, quæ gratuitè et ex